



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Domitii Plati Societatis Iesv Theologi, De Domini
Nostri Iesv Christi Passione**

Piatti, Domizio

Coloniae Agrippinae, 1610

De materia & forma meditationis, Cap.8.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49474](#)

bus immortalis DEI opē implorāndo, vt
heroicas illas virtutes, quæ in Christo &
sanctis eius resurgent, imitari, & vita ex-
primere tribuat. De hac mentis Oratione
hoc pacto accepta (vocali oratione seposi-
ta) in sequentibus capitibus agemus.

DE MATERIA ET FORMA Meditationis.

CAPUT VIII.

MEDITATIO de qua in præcedent.
cap. breuistractatio nobis fuit, du-
as in se partes cōtinet, materiam & formā. Materiā me-
ditationis est mysteriū siue res quæ in
meditationem assumitur, qualis v. g. est,
Incarnatio, Natiuitas, vita & mors Chri-
stii: peccatum, lapsus Angelorum, Adami
transgressio & similia. Quæ materia ut plu-
rimum in aliquot puncta distribui cōsue-
uit, vt hoc pacto facilior reddatur medita-
tio, & anima in uno forsitan pastu non in-
ueniēs, ad aliud transeat: hoc duntaxat ob-
seruando, vt cum in aliquo pūnto suauē
buccellam reperit, in eo tamdiu moram
trahat, quo adusque sibi plenè satisfecerit,
nec tum ad alia progredi festinet.

FORMA est methodus discurrendi de
supradicta materia, quæ varia est. Prima
discurrendi methodus consistit in appli-
catione potentiarū animæ; memorię, intel- Forma me-
ditationis est mode-
sus discurrendi.

C 2 lectus,

36 TRACTATUS Da

Officia po-
tentiarum
animarum in
meditatio-
ne qualia
sunt.

lectus, & voluntatis. Officiū memoriae ratiō
nudē repræsentare intellectui historiae fīca
seu id quod mente tractandum est. Oratiō
cium intellectus est, non quidem formosus
in signes atque subtile de re propositas pos-
ceptus & ratiocinationes, sed inuenire et
taxat, diuina ope adiuuante, argumenta scul-
rationes, quibus voluntas eodem diuī seti
auxilio roborata, possit se excitare & po-
mouere ad amplectendos virtutum actū tia
& circa illas feruentia proposita, seu res
lutiones concipere. Officium voluntatē
est distineri in aliqua sancta affectione, p
quam deliberatō meditans secum statu
& proponat id perficere, quod ad mai
DEI seruitium, illustrioremque gloria
pertinere intellexit: in quo totus orati-
nis fructus consistit.

II.

SECUNDA methodus in meditatione
discurrendi, consistit, in considerand
personas, verba, actiones & gesta eorum
qui ad mysterium, quod mente reuolu-
tur aliquo modo spectant: laborando fru-
ctum ex omnibus elicere, faciendo que
tinuam ad nosmetipſos reflectionem, &
eam semper vicissitudinem obseruando
ut posteaquam intellectus vnum actu
absoluerit, alterum voluntas perficiat.

III.

TERTIA methodus consistit in sensu
applicatione, & illa est ad imaginationē o-
ratio

moris rationis tempore stabiendi omnium efficitur
 istoria sic acissima. Fit autem ista applicatio hac
 est. Oratione: nimirū, vt si imaginemur nobis,
 formis nos videre ipsas personas in mysterio pro-
 posita posito interuenientes, omnesque circum-
 stantias, circa illas occurrentes notare: au-
 timenta scultare præterea quid loquantur, & inter-
 m diuin se tractent: gustare adhæc & adorari inte-
 re & per riore sensu, quanta sit dulcedo & fragran-
 tia sanctæ animæ: si deinde in hæc omnia
 seu res reflexionem faciamus, & ad nostram utili-
 tatem ea conuertendo fructum aliquem
 inde eliciamus: si præterea imaginemur,
 nos tangere, & osculari vestimenta, loca &
 vestigia omnium rerum, ad personas &
 mysteria proposita pertinentium.

His ita generatim prælibans, restat ut
 speciatim actus, quos in meditationem ca-
 dere diximus, explanemus: omissis igitur
 memoriæ actibus, quandoquidem satis cla-
 ri & aperti sunt, de ijs qui ad intellectum &
 voluntatem spectant, tantummodò disseremus, atque illis non omnibus, quia in-
 numerabiles forent, sed principalio-
 ribus, & magis communibus,
 sicque huic tractationi
 finis impone-
 tur.